



sonis. Individuum sanè Aristotelicum est substantia singularis $\mu\omicron\nu\nu\tau\omega\varsigma\alpha\tau\textcircled{C}$. Ergò DEUS individuum tale non est. De nullo autem alio Philosophianovit. Qui itaq; DEUM tale individuum appellat, non tantum compositionem in Deo ex natura \& supposito statuit ap. Scheibler. Metaph. L. II. f. 508. sed etiam in Sabellii casses incidit. Unde B. Hulsemannus: Qui cogitat \& invocat Deum tanquam unam singularem \& INCOMMUNICABLEM seu INDIVIDUAM ESSENTIAM, non invocat verum Deum, Brev. Suppl. c. II. §. II. conf. §. XI. Porro: Persona est intellectualis natura individua substantia juxta Boeth. Ergò si divina essentia esset individua, esset omninò intellectualis natura individua substantia, \& consequenter etiam Persona. Unde quatuor Personae forent admittenda, quod haereticum. Quare Theorianus in Legat. ad Armenos testatur, cum exteri (profani gentiles) sapientes usiam unam numero pro individuo habuerint: divinos Patres istud (loquitur de Deo) non admittere unam quidem usiam (non individuum) hypostases verò tres professos. Conf. Petav. L. IV. de Trinit. c. I. Et apud Anastasium Sinait. c. VI. $\acute{\omicron}\delta\eta\gamma\grave{\epsilon}$ Scholasticus

stes